

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio ap
cum fonte primo

Cum maiores uoluptati
deseruiunt, minoribus lasciuie
frena laxantur.

Et
tanto licencius hostis ad feriendum
occupat, quanto hii
qui pro culpis intercedere poterant
uoluptati uacant.

Gregorius libro II. moralium.

Vt ergo nostra, non illorum loquamur,
sciendum nobis est quia quod a
minoribus uoluptuose agitur maiorum
disciplina cohibetur;
cum uero maiores ipsi uoluptati
deseruiunt nimirum minoribus lasciuiae
frena laxantur.

→ Quis enim sub disciplinae se
constrictione retineat, quando et ipsi qui
ius constrictionis accipiunt, sese
uoluptatibus relaxant? Dum ergo in
maioris fratris domo conuiuantur,
pereunt quia tunc contra nos hostis
uehementius uires accipit, quando et
ipsos qui pro custodia disciplinae
praelati sunt laetitiae seruire cognoscit.
← Tanto enim licentius ad feriendum
occupat quanto et hi
qui intercedere pro culpa poterant
uoluptati uacant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 15
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.76, ll.54-
64).